Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31635
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



suo uidere. Sic et multa alia utilitatis causa ad
edificationem nostram locutus in leticia diem ultimum
usque ad uesperum duxit. et prefatus puer nomine wil
berth. adhuc dixit. Magister dilecte pagine restat
adhuc una non descripta. At ille bene inquit consuma
tum est dixisse. Accipe meum caput in manus tuas quia
multum me delectat sedere ex aduerso loco sancto meo.
in quo orare solebam ut et ego sedens patrem meum
inuocare ualeam. Et sic in pauimento sue casule
decantans. Gloria patri. et filio. et spiritui sancto. et cetera. Ultimum
corpore exalauit spiritum. atque ut sine dubio credendum
est quod pro eo quia hic semper deuotissimus in dei laudibus
laborauerat ad gaudia desideriorum celestium anima
eius ab angelis portaretur. Omnes autem qui audire uel
uidere obitum meruerunt bedam patris nostri nunquam se uidis
se aliud in tam magna deuotione atque tranquillita
te uitam suam finisse dicebant. quia sic audisti quousque
anima sua incorpore fuit. Gloria patri et alia quedam ad
gloriam dei cecinit et expansis manibus deo gratias agere
non cessabat. Scire autem debes quia adhuc multa nar
rari et scribi possunt et de eo sed nunc breuitatem ser
monis in erudicio meo lingue facit. Attamen co
gito deo adiuuante extempore plenius de eo scribere
que oculis uidi et auribus audiui.

In afflictione Planctus Origenis
et dolore animi. incipio loqui ad
eos qui cogunt me extra afferentem
ordinem efferata mente sedere super
tribunal xpi cum sanctis. Et quomodo loquor fre
nis ligatus et labiis non audentibus
moueri. Nec lingua reddit obsequi
um suum. guttur uero conclusum et om
nia organa maculata iniquitate. Sed quid agam. Inci
piam me genibus prosternere et deprecari uniuersos
sanctos ut mihi non audenti petere deum propter inmieta
tem peccati succurrant. Oscitati uos lacrimis et
fletu pleno dolore rogo ut procidatis miscediis eius
pro me misero. Heu mihi dolor cordis mei. heu mihi af
flictio anime mee. heu mihi quia circumdatus sum un
diquque et conclusus sum iniquitatibus meis. et non est in me
sanitas. Heu mihi mater que peperisti uirum legis peritum.
iniquitate proiectum. uirum religiosum in impietate
delapsum. heu mater que peperisti me quasi uirum uistum
in iniusticia uersatum. uirum filium regni et nunc ge
henne. perfectum uirum sacerdotem. iniquitate inuen
tum. uirum decoratum in honestate consecutum.
uirum multis malis circumdatum. uirum maculatis
actibus suffocatum. Heu mihi mater que peperisti sicut
turrim altam et eleuatam. et subito usque ad
pauimentum prostratam. sicut arborem fructiferam
et subito marcidam. sicut lampadem luciferam
et subito extinctam. sicut fontem habundantem a
quis. et nunc subito exsiccatum. Heu mihi qui in omnibus
bonis ornatus eram. nunc ab omnibus desertus
apparui. Sed quis dabit capiti meo aquam aut o
culis meis fontem lacrimarum. et plangam me ipsum
in contricione mea. Heu mihi sacerdocium quomodo te
plangam. Heu mihi pueritiam quomodo te lugebo.
Miseremini omnes amici miseremini quia pessime
uulneratus sum. Miseremini omnes amici quia deser
tus sum. Miseremini amici. egre enim dissipatus sum.
Miseremini amici quia signum proieci. et malo com
mixtus sum. Miseremini amici. quia a deo proiectus
sum. propter actus meos maculatus sum. Plangite
me que planxerunt angeli. plangite me que plan
xerunt sancti. Plangite me que planxit omnis ho
mo. plangite me uniuersi. quia lapsus sum a gloria mea.
Sicut enim fructiferam uineam plantauit me dominus. et
proboni uiri spinas. Plangite me utique quia
exuuieris attuli tribulos. Sed moueantur fontes la
crimarum. et irrigentur maxille mee. fluant super terram
et humectent eam quia humectus iniquitatibus
et natus sum in peccatis meis. Cerno enim sacerdoci
um flens super me. et cunctam leticiam super me do
lentem et super thronum meum araneam texentem. Sic
cerno et contemplor me merore repletum et omnis
creatura contristatur mihi quo pro omnibus laudes ali
quando cantabam. heu mihi quid passus sum quomodo cecidi.
Heu mihi quomodo dissipatus sum. Non est dolor sicut dolor meus et non
est afflictio super afflictionem meam. non est amaritudo.
super amaritudinem meam nec gemitus super gemitum
meum. utique nec peccatum super peccatum meum. et non est
Ubi est ille bonus animarum pastor in sanitas.
tor. ubi est ille qui ab hierusalem in iericho descen
dentem a latronibus uulneratum curauit. atque sanauit.
Respice domine qui de superiore hierusalem cecidi quia bap
tisma uiolaui. signum corrupi. quia nomen tuum in
iuriis uerberaui. heu mihi doctor quia nec disci
puli locum teneo. Tu nosti domine quia in uitio ce
cidi. Volens alios illuminare. me ipsum obscu